

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Frankofurti, 1625

Thema LXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

THEMA LXXVIII

PROV. 14. v. 32.

Etiā in morte sperat iustus.

Dispositionem huius Thematidis vide supra, parte I. Promptuarii, Classe I. Num XVI pag. 51.

THEMA LXXIX.

PROVERB. 18. v. 10.

Turris (germ. arx.) fortissima nomen Domini, ad illam currit iustus & servabitur.

DISPOSITIO.

Salomon Proverb. 14. vers. 26 sic ait: Qui timet Dominum, munitionem habet securam, & defenduntur liberi quoque eius. Hoc autem loco nobis ostendit, quamnam & vbinam illa sit munitio, quæ securos homines posse reddere, in omnibus necessitatibus: dicens, Arx fortissima nomen Domini, &c. Per nomen Domini ipsum Deum intelligit. Sicut & Joel. 2. vers. 32. Qui invocaverit nomen Domini, id est, ipsum Dominum, saluus erit. Ita Psal. 20. v. 2. Proregat te nomen DEI. Sic Psal. 52. vers. 11. Mich. 5. v. 4. nomen domini pro ipso Domino accipitur. Quia enim nos non simpliciter & absolute cognoscimus DEVM, sed tantum eatenus, quatenus se in verbo & Sacramentis patefacit (wad namhaft gemacht hat) ideoque cum nomine Dei, id est, Deo patefacto in verbo, negocium nobis est.

Hinc patet ipsum Dominum comparari arci munitæ. De hac nobis dicendum.

1. Primum ergo, quomodo & qua ratione Deus arci munitæ compareretur, audiamus.

2. Quinam in hanc arcem recipiantur, &c. Welche den Thurm haben.

3. Quam

3. Quam certum & tutum aylum, in hac arce quam & inueniri possit, videamus.

I. Pars.

Non hoc tantum loco Deus dicitur arx munita, & Prou. 14. v. 26. sed & Dauidi vsitata admodum hæc est similitudo, in Psalmis plurimis. Eadem enim est significatio, quæ illius, quando Deus dicitur refugium [German. Burg.] siue munitio in petra, atque loco editiori collocata. Sic appellat Dominum. Psal. 18. v. 3. & 31. v. 3. & 4. & 71. v. 3. & 144. v. 2. Et idem volunt cætera etiam epitheta Dei, quando illum vocat. petram, firmamentum, protectorem, susceptorem. Vel vt habet vers. Germ.

1. Hort / Psal. 18. v. 3. & 59. v. 18. & 71. v. 3. & 94. v. 22.

2. Fels / Psal. 18. v. 3. & 31. v. 3. & 71. v. 3.

3. Schus / Psalm. 9. v. 10. & 59. v. 18. & 94. v. 22. & 144. vers. 2.

4. Zuversicht / Psal. 46. v. 2. & 94. v. 22.

Et similia multa extant passim, quæ ad eundem plane finem tendunt, & locum munitum atque refugium & aylum, &c. denotant.

Est autem hæc ratio comparationis.

1. Sicut arx munita (vt plurimum, licet non semper) in altissimo monte collocatur, & in petra seu rupe fortissima, vt inde de longe prospici possint, quinã aduentare velint: ita Deus in excelsis habitat & prospicit super filios hominum, Psal. 14. v. 2. Cælum sedes eius. Esa. 66. v. 1. Psal. 113. v. 5. & 138. v. 6.

2. Et sicut propterea non tantum in præcipitio, & rupe altissima ars collocatur, sed etiam vallis, aggribus & portis cingitur & circumuallatur atque clauditur, vt sit inaccessibilis hosti: ita Deus habitat lucem inaccessam, &c. 1.6. Tim. v. 16. Et nemo ipsi appropinquare debet. Es soll ihm niemand zu nahe gehen / Exod. 19. v. 21.

3. Sicut etiam ex locis munitis, editiori loco positus, possunt inferiora defendi: vicissim etiam hostes, qui ali-

R quid

quid molliatur, omnis tormentis abigi & prostrati: ita Deus, arx nostra, omnes suos defendere & inturgentes contra ipsam vno ictu profligare & prosternere potest, vel vno verbo, aut fulmine, &c.

4. Propter securitatem, & vt tuti ab incurfu hostium esse possint magnates, arces munitas extruunt: ita Deus comparatur arci munitæ, quoniam quos ille ad se recipit illi tuti sub illius protectione habitant, P^{sal.} 91. v. 1.

II. Pars.

Credo, inquis, Deum posse tanquam in arce munitissima defendere, quemcunque suscipit in suam clientelam: At alioquin sic comparatum est, vt Magnates paucos imo paucissimos intromittant in arces illas munitas. Vereor ne idem Deus quoque faciat?

Docet itaque Salomon, quinam hac munita Dei arce possint gaudere, qui nam recipiantur. Sic ait: Ad illam currit *inustus*. Quinam Iusti in scripturis vocentur sæpissime diximus supra non tantum in prima, sed in 2. huius Promptuarii parte. Vide Thema 50.

1. Non scilicet illi, qui sunt sine peccato, sed quibus imputatur Iustitia Christi per fidem & qui iustificari fide pacem habent cum Deo, Rom. 5. vers. 1. & ex fide faciunt opera seu fructus iustitiæ. Vide Rom. 3. & 4. Patet itaque aditus ad Deum, arcem munitam omnibus piis & credentibus. *Ad me & salui eritis* Ec. 45. v. 21.

2. Currunt illi ad hunc locum, non pedibus corporis sed animi: precationibus scilicet ardentissimis, Dei auxilium implorantes. Exemplum extrat in Psalmis. Esto mihi in Deum protectorem P^{sal.} 31. v. 3. & 71. v. 3.

III. Pars.

At nunquid tuti esse poterunt, qui sic confugiunt ad Deum? Interdum etiam loca munita expugnantur. Hic Hierosolymarum arx tandem solo æquata. Capta etiam, 2. Sam. 5.

Resp. Hic longe alia ratio, quam quæ est in tertia. Etenim

Vim Quod
 2. Iustitiam
 3. Deus in
 4. vno mun
 5. 2. v. 1.
 6. Iteque 2.
 7. Mandat ne
 8. bolus ille por
 9. illis, 1. Iust.
 10. separabit nos.
 11. Iteque 2.
 12. 17. ad Zach
 13. non dicit, M
 14. Licet autem
 15. cum rideatur
 16. vers. 1. Ios
 17. tam in Ipsi
 18. enim per
 19. mam, quæ

1. Dil
 2. mibus 2.
 3. ribus: scilic
 4. 20 & fallac
 5. non in auro
 6. defensionis.
 7. Nec Iust De
 8. 1. Accur
 9. coandas Do
 10. ger, sub vmb
 11. P^{sal.} 34. & 91.
 12. 3. Sicur au
 13. mnes pecuni
 14. sed tantum vi

Et enim. Quod struxere manus hominum, munitur & arte, illa etiam frangit destruit acque manus.

At Deus insuperabilis est & non vincitur nec à Satana nec à toto mundo. Nihil enim coram ipso totus mundus, Esa. 40. v. 15. 17.

Ideoque Salomon confidentissime hic de iusti tutela loquitur, *Et servabitur. Tuetur ipsum Dominus.*

Mundus non praeualebit. Ego vici, Joan. 17. v. 33. Diabolus nil poterit. Est iudicatus, Joh. 16. v. 11. Fractæ vires illius, & Ioan. 3. vers. 8. Nemo rapiet, Ioan. 16. v. 28. Nemo separabit nos, Rom. 8. v. 35. Portæ inferorum non praevalent, Matth. 16. v. 18. sicut pupillam oculi defendet, Ps. 17. v. 8. Zachar. 2. v. 8. ossa custodit, Psal. 34. v. 21. Capillus non cadit, Matth. 10.

Licet autem interdum videatur suos non probe tueri, cum videntur interire, (vt Zacharias Propheta, 2. Par. 24. vers. 21. Ioannes Baptista, Apostoli, Martyres) tamen eorum insipientibus tantum moriuntur, Sap. 3. vers. 2. Tum enim per mortem recipiuntur in arcem Dei splendidissimam, quam oculus non vidit, &c. Esa. 64.

V S V S.

1. Discimus, vbi debeamus quærere refugium in omnibus tam spiritualibus quam corporalibus necessitatibus: scilicet apud Deum. Non apud homines, qui caro & fallaces: Non in locis munitis, quia destrui possunt: non in auro & argento, Job. 31. vers. 24. Non apud sanctos defunctos. Hæc enim omnia non habent nomen Domini. Nec sunt Deus.

2. Accurrendum autem ad Deum piis precibus: Et orandus Dominus huius arcis, vt nos suscipiat & protegat, sub umbra alarum suarum, & cingat sanctis angelis Psal. 34. & 91. v. 11.

3. Sicut autem non recipiuntur in arces munitas, homines periuri, dolosi, proditores patriæ aut suspecti, &c. sed tantum viri boni, de quorum candore constat, &c. Ita

diximus *in* nos tantum recipi. Hoc agendum igitur, vt in illorum etiam finis numero, & Christum amplectamur, qui est iustitia, 1. Cor. 1. v. 30. Fides etiam seruanda, si volumus manere in hac arte, 2. Tim. 4. v. 7. Non deficienti ad hostem Satanam, aur mundum. Deo enim fidem dedimus in Baptismo. Iuste ambulandum, Tit. 1. v. 12.

4. Si sic egerimus, sat tui erimus. Si Deus pro nobis, Rom. 9. v. 31. Pf. 73. v. 25. Dummodo te habeam. Nec finet nos perire custos Israelis, Psal. 121. v. 4. Esa. 41. v. 10. & 43. v. 2. & 46. v. 4. Psal. 23. v. 4. Securitas promissa est, &c.

F I N I S.

T H E M A LXXX.

Prouerb. 22. v. 1.

Melior est fama bona, quam diuitia, &c.

Dispositionem huius Thematis vide supra, in I. parte Promptuarii, Classe I. Num. XVII. pag. 54.

T H E M A LXXXI.

Eccles. 3.

Tempus moriendi.

D I S P O S I T I O.

Salomon Rex sapientissimus Eccles. 3. v. 1. affirmat, Omnes sub caelo actiones, quae cunque fiunt, habere suum certum, & à Deo definitum tempus. Idq; ibidem per pares ostendit. Et quia prima hominis actio est *in* se, ideo tempus nascendi primo loco posuit. At quia post exigui temporis interuallum mors sequitur (hinc illud, Nascentes morimur, finisque ab origine pendet, ideo in illo Catalogo temporum, (*See Register*) tempus moriendi secundum locum tenet. Est autem hoc tempus moriendi, quando Deus iubet nos hinc emigrare. Paucula sunt haec verba Salomonis, ex quibus iam 1. Doctrinam, 2. Admonitionem, 3. & Consolationem petere licebit.

D O C T R I -

De tempore
non hanc apu
Nihil dum
pariter dicit
quam nunqu
12. & 16. Agit
in multos ann
Esa. 48. Pactu
de tempore m
Abraham (i
Blasphemus est
edim non
conatus su
Philippus
es. At quid
tum ellet,
bus patiens
esse mort
1. Hu
rach. 7. v
Certe
dine terre
Non pro
iuente re
2. Sider
remus consi
aut tamen
tur spiritus,
mut &c. Por

Admoner
vocat Deus
Nihil scilicet
cum a Deo h